[B]enedictus Episcopus Servus Servorum Dei [D]ilecto filio [O]fficiali venerabilis fratris nostri [E]pi[scop]i Premisliensis Salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Antonii [illegible] Clerici Premisliensis seu alterius Civitatis vel Dioecesis in Polonia petitio continebat quod alias Canonicatu et Prebenda Ecclesie Premisliensis tunc per obitum quondam Casimiri Chochanski illorum dum vixit ultimi possessoris extra Romanam Curiam de mense Martii proxime defuncti vacantibus de illis sic vacantibus dicto Antonio ordinaria auctoritate provisum fuit possessione subsecuta nullius tamen fructus redditus et proventus ex illis percepti. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat dictus Antonius tunc perpetuum [illegible] Parochialem Ecclesiam Zarawiensem Premisliensis Dioecesis cuius fructus redditus et proventus viginti quatuor ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt obtineret prout adhuc obtinet de provisione huiusmodi dubitet [illegible] Canonicatum et Prebendam huiusmodi adhuc ut primum vacare [illegible] dictum Antonium apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum [illegible] favore prosequi volentes ipsumque Antonium a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et poenis [illegible] serie absolventes et absolutum fore censentes discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus si per diligentem examinationem dictum Antonium ad hoc idoneum esse repereris super quo conscientiam tuam oneramus Canonicatum et Prebendam predictos quorum et illis forsan annexorum fructus redditus et proventus viginti quatuor ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum ut idem Antonius asserit non excedunt sive ut premittitur sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem dicti Casimiri vel cuiusvis alterius de illis extra dictam Curiam etiam coram notario publico et testibus sponte factam aut assecutionem alterius [illegible] Ecclesie ordinaria auctoritate collati vacent etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio juxta Lateranensis statuta Concilii ad Sedem apostolicam legitime devoluta ac Canonicatus et Prebenda [illegible] dispositioni apostolice specialiter reservati existant et super eis inter aliquos lis cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa dummodo tempore dati presentium non sit in eis alicui specialiter jus quesitum cum annexis huiusmodi ac omnibus juribus et pertinentiis suis eidem Antonio auctoritate nostra conferas et assignes inducens per te vel alium seu alios eundem Antonium vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem Canonicatus et Prebende ac annexorum jurium et pertinentiarum predictorum et defendens inductum amoto exinde quolibet illicito detentore ac faciens Antonium vel pro eo procuratorem predictum ad Prebendam huiusmodi in dicta Ecclesia in Canonicum recipi et in fratrem stallo sibi in choro et loco in Capitulo ipsius Ecclesie cum dicti juris plenitudine assignatis sibique de Canonicatus et Prebende ac annexorum predictorum fructibus redditibus proventibus juribus et obventionibus universis integre responderi contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo non obstantibus felicis recordationis Bonifatii pape VIII predecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus predicteque Ecclesie etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque aut si aliqui apostolica vel quavis alia auctoritate in predicta Ecclesia in Canonicos sint recepti vel ut recipiantur insistant seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus et Prebendis predicte Ecclesie specialem vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generalem dicte Sedis aut legatorum eius litteras impetraverint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quibus omnibus eundem Antonium in assecutione dictorum Canonicatus et Prebende volumus anteferri sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Canonicatuum et Prebendarum vel beneficiorum aliorum prejudicium generari seu si venerabili fratri nostro Episcopo [illegible] et dilectis filiis Capitulo Premisliensi vel quibusvis aliis communiter aut divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem aliquorum minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint [illegible] de Canonicatibus et Prebendis predicte Ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem presentationem seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod dictus Antonius postquam fuerit ad presentiam [illegible] observare statuta et consuetudines predicte Ecclesie [illegible] in absentia sua per procuratorem idoneum et cum ad illam accesserit corporaliter illud prestet. Nos enim cum eodem Antonio dummodo ei aliud non obstet canonicum [illegible] ut una cum dictis Canonicatu et Prebenda si illos ei per te vigore presentium conferri et assignari contigerit ut prefertur Parochialem Ecclesiam quam dictus Antonius ad hunc ut prefertur obtinet attenta [illegible] dictus Antonius etiam asserit in dicta Parochiali Ecclesia Animarum dilectorum [illegible] filiorum Parochianorum cura per Vicarium perpetuum [illegible] idoneum Vicarium [illegible] congrue assignandi [illegible] in omnibus [illegible] sub die [illegible] Septembris Anni Domini millesimi septingentesimi quinquagesimi [illegible] editi exercere [illegible] ut prius quoad vixerit retinere libere et licite valeat Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis ac ut prefertur roboratis Statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis nequaquam obstantibus apostolica auctoritate predicta earundem tenore presentium de specialis dono gratie dispensamus. Volumus autem ut ad Ecclesie [illegible] debitis propterea fraudentur obsequiis et Animarum cura in dicta Parochiali Ecclesia nullatenus negligatur sed omnes ac Canonicatus et Prebende [illegible] congrue supportentur [illegible] pro illis per dictos [illegible] dictus Antonius predicte Ecclesie ratione dictorum Canonicatus et Prebende non [illegible] ratione personaliter residi[illegible] amittat et insuper si dictus Antonius ad hoc idoneus repertus fuerit ut prefertur ex nunc prout [illegible] irritum decernimus et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari ac si die dato presentium dicto Antonio ad hoc idoneo reperto de Canonicatu et Prebenda predictis cum [illegible] mandavissemus provideri.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominice millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto Octavo Kal[endas] Ju[lii] Pontificatus Nostri Anno Quartodecimo.

Expedita 14o Kal: Julij Anno XIIII

J. Caraffa

Pro Cappella S. Stanislai [illegible]

[illegible signatures]

R. Roccatanna

Vidi

ZZ $6.5

CV rlandua

F. Cuenca

y Jeronim

Antalora

Yo el Rey

112